

σωφρονιζέσθω ἵνα δὲ καὶ τῷ ἄρχοντι παρα-
διδόσθω ὥστε γνώμη τοῦ πρὸς ψήφον ἐξελεχθῆ-
ναι κατ' αὐτοῦ.¹ c. 3.

Τὰ μεταξὺ τοῦ παιδὸς καὶ τῆς μητρὸς ἀναφύ-
μενα οἴκοι τεμνέσθω· εἰ δὲ διὰ τὴν ὑπερβολὴν ἢ
μηρὸν δικαστήριον παρακαλεῖ, ὁ ἄρχων σκοπήσας
τὸ χρηματικὸν πρῶτον ἀναγκάσει τὰ μητροῦ ἀπο-
δίδοσθαι τῇ μητρὶ· εἰ δὲ ἀνεύχοντι ἔτι πλείον,
ἀυστηρότερον αὐτὸν ἔτι τελέσεται: — c. 4 ib.

θ'. Ἡ θυγάτηρ σου οὐ μόνον τιμᾶν ἀναγκάζεται
σε ἀλλὰ καὶ ἀποτρέφειν.² c. 5.

ιβ'. Οἱ ἀπελεύθεροι κατὰ μίμησιν τῶν εὐγενῶν
εἰσι καὶ εἰ σχολίον παῖδας μετὰ τὴν ἔλευθερίαν,
ὑπεξουσίους αὐτοὺς ἔχουσι ἐν ᾧ ἀπὸ γάμων νομί-
μων εἰσίν.³ c. 8.

ιγ'. Τὸν υἱὸν οὐ δύναται ἀρνήσασθαι ὁ πατήρ, τοῦτο
μὲν διὰ τὸ δόγμα, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν ποινήν·
ὁμοίως τε καὶ διὰ ἔδικτον καὶ διὰ τὸ τρέφεσθαι
αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πρὸς μείζονα ὄντα τῶν τριῶν
ἐνιαυτῶν.⁴ c. 9 ib.

ιδ'. Τοσαύτην πρὸς τῶν παιδῶν, ὅμως οὐκ ἠδύ-
ναντο αὐτοὺς καταδουλεῦν: — c. 10.

ιε'. Ἐὰν περὶ τῆς κληρονομίας τῆς μητρὸς κινήσας
ἐνίκησας, εἰ μὲν αὐτεξουσίος εἴς, δύνασαι ἀπαιτεῖν
αὐτήν· εἰ δὲ ὡς ὑπεξουσίος ἀμφιβάλλη κινήσθω
τὸ νόμιμον παράγγελμα, ὅπως ἂν ἢ ἀλήθεια φανῆ
— — — — — το — — — — — μηρ: — c. 1. C. VIII, 8.

ισ'. Δύνασαι αἰτεῖν τὸ παράγγελμα τὸν ἄρχοντα
ὥστε τοὺς παῖδας σου παρασταθῆναι. c. 2 ib.

ιζ'. Ἐὰν τις βούλεται τὴν ἰδίαν αὐτοῦ θυγα-
τέρα παρασταθῆναι, δύναται κινήσαι τὴν ἀγω-
γὴν τὴν περὶ τῆς θυγατρὸς παραστάσεως καὶ τὸ
ικανὸν πάσχειν παρὰ τοῦ ἄρχοντος: — c. 3.

Ἐπὶ τοῦ παρόντος (παραγγέλματος)⁶ ἐκδίκτου
εὐθέως τεμνέσθω τὸ πρᾶγμα· εἰ δὲ ἐκάτερον τῶν
μερῶν ὑποπτόν ἐστιν, δεῖ μέχρι τῆς ἡβῆς ὑπερτί-
θεσθαι τὴν δικαίωσιν: — fr. 3. § 4. D. 43, 30.

Καὶ μηρὸν ἐσθότε προτιμᾶται τοῦ πρὸς ἔχειν
τὸν παῖδα μηδὲν βλαπτομένης τῆς ὑπεξουσιότητος.
fr. 3. § 5.

ΤΙΤΛΟΣ Γ', ΒΙΒΛΙΟΥ ΑΑ'

fol. 30^v. περὶ αὐτεξουσιότητος παιδῶν καὶ ἀχαρίστων παιδῶν.

γ'. Οὐ γυμνὴ συναίνεσις τοῦ πρὸς ἔλευθεροῦ τῆς
ὑπεξουσιότητος τὸν παῖδα ἀλλὰ νόμιμος πρᾶξις·
οὐδὲ μὲν ἢ αἰτία ζητεῖται, ἀλλ' ἢ τῆς πράξεως
ἀκριβεία.⁷ c. 3. C. VIII, 48.

¹ Similiter Epa. aucta LII, 124. ² Sim. Epa. aucta XLVI, 9. ³ Sim. Epa. aucta XXXVIII, 54. ⁴ Sim. Epa. aucta LII, 126. ⁵ Plura exciderunt. ⁶ Fuerat ἰντερδίκτου: v. παραγγέλματος glossema est. ⁷ Ex schol. Bas. F. H.

castigetur; ita vero ut et magistratui tradatur ut ex
voluntate patris sententia in eum feratur. c. 3.

Quae inter filium et matrem [controversiae]
oriuntur, domi decidantur. quod si propter insolentiam mater ad iudicium confugit, magistratus causa pecuniaria cognita primum coget materna restituere matri; si vero ille vel magis protervus factus fuerit, etiam severius illum cohibebit. c. 4.

Filia tua non solum honorare cogitur te sed etiam alere. c. 5.

Liberti exemplo sunt ingenuorum et si liberos habuerint post manumissionem eos habent in potestate, quatenus a nuptiis legitimis sunt. c. 8.

Filium negare pater non potest, cum propter senatusconsultum, tum etiam propter poenam: similiter et propter edictum et propterea quod ali debet a patre cum maior sit tribus annis. c. 9.

— — — — — tamen non poterant eos in servitutem redigere. c. 10.

Si de hereditate matris agens vicisti, si quidem tui iuris es, potes eam petere; quod si in alienam potestatem quaeris, proponatur interdictum, ut

— — — — — c. 1. C. 8, 8.

Potes a magistratu petere interdictum ut filii tui exhibeantur. c. 2.

Si quis velit propriam sibi filiam exhiberi potest experiri actione de filia exhibenda et quod oportet a magistratu accipere.

In praesenti interdicto statim res decidatur; si vero utraque pars in suspicione versatur, usque ad pubertatem differri debet quaestio.

fr. 3. § 4. D. 43, 30.

Et mater interdum patri praefertur in filio retinendo, cum potestas minime minuatur. fr. 3. § 5.

TITULUS III, LIBRI XXXI

de emancipatione liberorum et de liberis ingratiss.

Nudus patris consensus non liberat a patria potestate filium, sed actus legitimus; neque causa quaeritur sed actus suptilitas. c. 3. C. 8. 48.

B. τοῦ [η'.
κοδ. ἰ. β'
δρ. γ'.
Οἱ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατρὸς πράττοντες κατ'
αὐτοῦ ἐνάγειν οὐ δύνανται· εἰ τοίνυν αὐτεξουσία
εἶ, τῆς συγγνώμης τοῦ ἐδίκτου αἰτηθείσης, τοῦτο
ποιεῖν οὐ κωλύσῃ ὅπερ καὶ εἰς τὸ τῆς μητρὸς πρό-
σωπον παραφυλακτέον ἐστίν: — c. 3. C. 2, 2.¹

B. η' [θ'.
τ. κοδ. ἰ. μ'.
Εἴ τις δὴποτε τῶν παίδων ἀχάριστος ὄφθῃ
περὶ τὸν εὐεργετήσαντα γονέα καὶ εἴτε ὀχλα-
γώγησιν αὐτῶν πεποιηκῶς εἴτε ἄλλως πως ὑβριστι-
κῶς διαγενόμενος ἐκπιπέτω τῆς ἐλευθερίας καὶ
ὑπεξούσιος πάλιν ἔστω: —² c. 1. C. 8, 49.

α. τ. ια'.

ΤΙΤΛΟΣ Δ', ΒΙΒΛΙΟΝ ΛΑ'

ποίοις τρόποις τὸ ὑπεξούσιον διαλύεται.³

Ἡ κατὰ τῶν παίδων ἐξουσία πλείοσι διαλύε-
ται τρόποις· τέως γὰρ ἢ τοῦ γονέως τελευτῆ
αὐτεξούσιον ποιεῖ τὸν παῖδα οὐχ ἀπλῶς δὲ, ἀλλὰ
μετὰ τινος διαστίξεως. pr. Inst. 1, 12.

Εἰ μὲν γὰρ πηρὸς ἐστὶν ὁ τελευτήσας, ἀμάχως
υἱὸς καὶ ἢ θυγάτηρ αὐτεξούσιοι γίνονται.⁴ δεῖ
γὰρ σκοπεῖν τὸν καιρὸν τῆς τοῦ πάππου τελευ-
τῆς καὶ εἰ μὲν εὐρεθῇ τὸ μέσον πρόσωπον του-
τέστιν ὁ υἱὸς ὑπεξούσιος, οἱ δ' ἔγγονοι κατ'
ἐκείνον τὸν χρόνον ὑπεξούσιοι τῷ πάππῳ, κατ'
ὃν τελευτᾷ, ἔσονται ὑπεξούσιοι τῷ πατρὶ τελευτήσαν-
τος τοῦ πάππου οἱ ἔγγονοι· μεταπεσοῦνται γὰρ εἰς
τὴν τοῦ οἰκείου πατρὸς ὑπεξουσιότητα: — pr. I. cit.

Διαλύει τὴν τοῦ παιδὸς ὑπεξουσιότητα καὶ
ὁ περιορισμὸς τοῦ πατρὸς. ἐὰν γὰρ τις κατηγορη-
θεὶς ἐπὶ τινι ἐγκλήματι ἐλεγχθῇ καὶ δέξηται
τοιαύτην ἀπόφασιν τοῦ ἄρχοντος αὐτὸν εἰς
νῆσον ἢ ἐργαστήριον] περιορίζοντος ἢ εἰς μέ-
ταλλον, πάντως ἅμα τῷ δεχθῆναι τὴν ἀπό-
φασιν ἀφαιρεῖται αὐτοῦ ὁ νόμος τὴν πολιτείαν
καὶ ὥσπερ τῇ αὐτοῦ τελευτῇ οὕτως καὶ τῷ
περιορισμῷ παύεται ὁ παῖς τοῦ εἶναι ὑπεξούσιος·
εἰ δὲ καὶ ὁ παῖς γένηται ἐν περιορισμῷ, παύεται
τοῦ εἶναι ὑπεξούσιος. § 1 I. 1, 12.

Διαλύει τῆς ὑπεξουσιότητος καὶ τὸ προσελθεῖν
τοὺς γονεῖς τῷ ἀρμοδίῳ δικαστῇ ἢ ἄρχοντι καὶ τοὺς
οἰκείους υἱοὺς ἢ θυγατέρας ἢ ἐγγόνους ἢ ἐγγόνας
καὶ τοὺς ἐφεξῆς τῆς οἰκείας ἐλευθεροῦν ὑπεξου-
σιότητος λέγοντας ὅτι τόνδε ἢ τούσδε ποιῶ αὐτε-

¹ Scriptum est in magine β' pro β'β', erroris genere frequentissimo. Unde patet quam longe a veritate aberravit H in fonte tipucitiani loci (ab eo III 518 descripti) requirendo. ² habet Syn. ³ Quae secuntur ex graeco Institutionum indice, paucis mutatis, hausta sunt. Latina omnia, quae index servat, hic graece redeunt.

⁴ Supple τελευτήσαντος δὲ πάππου, οὐ πάντως οἱ ἔγγονοι καὶ ἐγγόνα αὐτεξούσιοι γίνονται: haec enim propter homoeoteleutum ceciderunt.

Qui in potestate patris sunt contra eum agere non possunt; si vero sis emancipata, venia edicti petita, id facere non prohiberis, quod et in matris persona servandum est. c. 3. C. 2, 2.

8.] l. [2]
Cod. t. 2
const. 3.

Si quis unquam ex liberis ingratus appareat erga parentem sibi beneficum sive convicium ipsi faciendo sive aliter iniuriose se gerendo, ab emancipatione decidat et rursus fiat alieni iuris.

9.] l. 8.
Cod. t. 48.

c. 1. C. 8, 49.

TITULUS IV, LIBRI XXXI

quibus modis ius potestatis solvitur.

Inst. I.
l. 11.

Potestas super liberos pluribus solvitur modis; primum enim parentis mors sui iuris facit liberos, non vero simpliciter, sed cum quadam distinctione. pr. I. 1, 12.

Nam si pater est qui mortuus est, sine dubio filius et filia sui iuris fiunt:¹ oportet enim inspicere tempus avi mortis et si quidem inveniatur media persona, idest filius, in potestate [esse], et nepotes illo tempore in potestate avi fuissent, cum is moreretur, in patris potestate erunt, mortuo avo, nepotes: recident enim in sui patris potestatem. ib.

Solvit potestatem in liberos etiam deportatio patris. nam si reus cuiusdam criminis postulatus damnatus fuerit et acceperit eiusmodi sententiam iudicis, eum in insulam vel in opus deportantis aut in metallum, omnino, simul atque sententiam acceperit, aufert ei lex civitatem et sicuti ipsius morte, ita et deportatione cessat filius esse in potestate: quod si et filius deportatus sit, cessat esse in potestate. § 1 ib.

Solvitur ius potestatis et cum adeant parentes competentem iudicem seu magistratum et suos filios vel filias vel nepotes vel neptes et deinceps sua liberent potestate dicentes „hunc vel hos sui iuris facio et mea dimitto manu“. possunt autem parentes filium

¹ Adde: [mortuo autem avo, non omnino nepotes neptesve sui iuris fiunt].

ξουσίους καὶ τῆς ἐμῆς ἀφίημι χειροῦς. δύνανται δὲ οἱ γονεῖς τὸν υἱὸν ποιεῖν ἀντεξούσιον, τοὺς δὲ ἐγγόνους κρατεῖν ὑπεξουσίους καὶ τὸ ἀνάπαλιν.¹

§ 6. I. 1, 12.

ΤΙΤΛΟΣ Ζ'², ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΑ'

περὶ τῶν διαγνωσσομένων καὶ διατρεφομένων παίδων ἀπὸ γονέων ἢ πατρῶν ἢ ἀπελευθέρων.

α'. Φονεῦει τὸ τικτόμενον οὐ μόνον ὁ πνίγων ἀλλὰ καὶ ὁ ῥίπτων καὶ ὁ μὴ τρέφων καὶ ἐν δημοσίοις τόποις ἐκτιθέμενος ἐπὶ ἐλεημοσύνη ἢν αὐτὸς οὐκ ἔσχευ.³ fr. 4. D. 25, 3.

Καὶ ὁ πορνογενῆς τρέφει τὴν μητέρα καὶ ἢ μητέρα αὐτὸν καὶ ὁ κατὰ μητέρα πάππος ἀποτρέφει καὶ ὁ πατήρ τὴν νόμιμον θυγατέρα.⁴ fr. 5. § 4—6 ib.

Τὸν πενόμενον παῖδα καὶ μὴ δυνάμενον κάμνειν τρέφειν ὁ πατήρ ἀναγκάζεται.⁵ fr. 5. § 7.

Ἐὰν ὁ πατήρ ἀρνήσῃ τὸν υἱὸν ἢ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα . . . — ὁ δικαστὴς τὸ περὶ τοῦτου διακόπτει καὶ περὶ τῆς τροφῆς ψηφίζεται· εἰ δὲ ψηφίζεται τροφῆσαι οὐ ποιεῖ πρόκριμα τῇ ἐτέρᾳ ζητήσῃ· οὐ γὰρ ψηφίζεται υἱὸν εἶναι: — fr. 5. § 8—9.

Οὐ μόνον τρέφειν οἱ γονεῖς ἀναγκάζονται τὸν παῖδα· ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ βάρη χορηγεῖν αὐτῷ. fr. 5. § 12.

Ὁ ἀντεξούσιος ἀνηβος πενόμενον τὸν πατέρα τρέφειν ἀναγκάζεται: — fr. 5. § 13.

Ἡ μητέρα ἀναγκαίως ἀποθρέψασα τὴν θυγατέρα καὶ συμμετρῶς ἀπαιτεῖ τὸν πατέρα, οὐ μὴν ἐὰν σχέσει μητρικῇ ἐδαπάνησεν κἄν παρὰ τοῦ πατρὸς διατρέφεται. fr. 5. § 14.

σῆ Χρεωστῆι ὁ πατήρ τρέφειν τὸν πατέρα ἀλλὰ μὴ τὰ χρεῖα πληροῦν: —

Καὶ ὁ εὐπορος στρατιώτης ἀποτρέφει τὸν πατέρα, οὐ μὴν καὶ χρεῖα ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἀναγκάζεται διδόναι: —⁷ fr. 5. § 16.

Ὁ κληρονόμος τοῦ υἱοῦ ἀναγκάζεται τὸν πατέρα τρέφειν εἰ κακῶς πένεται: — fr. 5. § 17.

Πρὸς τὴν οὐσίαν ἀποτρέφει τὸν ἀπορῶν πατέρα, οὐ μὴν τὸν ἐαυτὸν ἀποθρέψαι δυνάμενον. fr. 5. § 19.

fol. 11^v. Οὐ πάντοτε,⁸ ἀλλὰ τῆς αἰτίας διαγνωσσομένης τρέφει καὶ αὐτοῖς γὰρ ὑπηρετικὴν ἀκολούθῃαν χρεωστῆι. fr. 5. § 20.

Οὐ τρέφει ὁ ἀπελευθέρων τοῦ ἀπελευθέρου οὔτε ὁ κατὰ φιδεικόμισσον ἐλευθερωθεὶς οὔτε ὁ ἰδίους

emancipare, nepotes vero retinere in potestate et contra. § 6. I. 1, 12.

TITULUS VII, LIBRI XXXI

de agnoscendis et alendis liberis a parentibus vel patronis vel libertis.

Partum occidit non solum qui suffocat, sed et qui proicit et qui non alit et in publicis locis exponit misericordiae gratia, quam ipse non habuit. fr. 4. D. 25, 3.

Et vulgo conceptus alit matrem eumque mater et maternus avus alit et pater filiam legitimam. fr. 5. § 4—6.

Inopem filium et laboris incapacem alere pater cogitur. fr. 5. § 7.

Si pater filium neget vel filius patrem . . . iudex de hoc decidere et de alimentis iudicat: quod si pronuntiat *ali debere* non facit praeiudicium alteri quaestioni; non enim iudicat filium esse. fr. 5. § 8—9.

Non solum alere parentes filium coguntur, sed cetera quoque onera ei praebere. fr. 5. § 12.

Filius emancipatus inopem patrem alere cogitur. fr. 5. § 13.

Mater quae necessario filiam aluit cum modo etiam petit a patre: non vero si ex materno affectu impendit, etiamsi apud patrem alat. fr. 5. § 14.

Debet filius alere patrem; non vero et debita solvere. No[ta].

Etiam miles locuples patrem alit; non vero etiam aes alienum pro patre filius cogitur solvere. fr. 5. § 16.

Heres filii cogitur patrem alere, si valde indigeat. fr. 5. § 17.

Secundum vires patrimonii alit inopem patronum (libertus); non vero eum qui se alere potest. fr. 5. § 19.

Non omnino,¹ sed causa cognita, alit; nam et ipsis subditum obsequium [exhibere] debet. fr. 5. § 20.

Non alit libertus liberti neque is qui ex fideicommisso est manumissus neque is qui suis nummis

¹ ex Syn. habent F. H. ² vulgo ζ'. ³ ex Harm. et Syn. F. H. ⁴ Syn. F. H. ⁵ Syn. F. H.

⁶ Simil. Epa. aucta XLVII, 7. ⁷ Cf. Syn. propter ultima verba. ⁸ Supple: τοὺς τοῦ πατρῶνος παῖδας ὁ ἀπελευθέρων τρέφει. Cf. Epanagoge aucta XXXVIII, 63.

Basil. T. VII.

¹ [liberos patroni libertus alit] supple.

ἀργυροῖς ἀγορασθεῖς¹, ἔοικε γὰρ ὁ ἐλευθερώσας αὐτὸν τῷ ἀπολέσαντι τὸ δίκαιον τῶν ἀπελευθερώτων διὰ τοῦ λαβεῖν μισθοῦς. fr. 5. § 22.

Μὴ ὄντος πατρὸνος ἢ παίδων αὐτοῦ, ἀναγκάζεται ὁ ἀπελεύθερος εὐπορῶν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα τοῦ πατρὸνος τρέφειν πενομένους.

fr. 5. § 26.

Ἐὰν ὁ ἀπελεύθερος ἀποδειχθῇ βίαν ἐπαγαγὼν τῷ πατρὶ² ἢ σφοδρῶς τύψας ἢ ἐν ἐνδείᾳ ἢ ἀσθενείᾳ καταλιπὼν αὐτὸν, πρῶτον μὲν εἰς τὴν ἐξουσίαν αὐτὸς ὑποστρέφει ἐπεργάσων αὐτῷ· εἰ δὲ μήτε οὕτως ὑπομνησθῇ, πιπράσκειται καὶ τὸ τίμημα δίδεται τῷ πατρὶ.³ fr. 6. § 1.

ζ. Ὁ λέγων δύνασθαι δεικνύειν δούλην τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ἐν τῷ μεταξὺν τρέφειν ἀπροκοίτως τοὺς παῖδας ἀναγκάζεται.⁴ fr. 7.

θ. Ζῶντος τοῦ ἀπελευθεροῦ, δίκαιον οὐδὲν ἔχει ὁ πατὴρ ἢ ὁ υἱὸς αὐτοῦ πρὸς τὰ πράγματα αὐτοῦ, εἰ μὴ δείξῃ τῷ ἄρχοντι τοσοῦτον ἀσθενεῖν καὶ πένεσθαι ὡς δεῖσθαι μηνιαίας χορηγίας: — fr. 9.

ιδ. Κἀκεῖνο δὲ διατυπῶσαι συνίδομεν, ἵνα εἴποτε τὸν μεταξὺν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γάμον λυθῆναι συμβαίῃ, οἱ ἐκ τοῦ τοιοῦτου γάμου γεννηθέντες παῖδες μηδενὶ τρόπῳ βλαβῶσιν ἐκ τῆς διαζεύξεως τοῦ γάμου, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν γονέων κληρονομίαν καλεῖσθωσαν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἀναμφισβήτητως ἀποτρεφόμενοι. καὶ εἰ μὲν ὁ πατὴρ τὴν πρόσφασιν τῆς διαζεύξεως παρέσχε καὶ ἡ μήτηρ εἰς δευτέρον οὐκ ἤλθε γάμον παρὰ τῆ μητρὸς τρέφεσθαι τὰς δαπάνας παρέχοντος.⁵ Nov. 117. c. 7.

⁶ Ν. 117. c. 2.

ΤΙΤΛΟΣ Α', ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΒ'

περὶ τῶν ἐκ νόθων γενομένων γνησίων καὶ τῶν παλλακῶν.⁸

α'.³ Εἴ τις γνησίων εἴη πατὴρ καὶ ἀπελευθερώσας αὐτοῦ τῆς γαμετῆς ἐξ ἀνθρώπων ἢ καὶ νομίμως διαλυθείσης ἔχοι τινὰ συνήθειαν πρὸς ἄλλην γυναῖκα ἢν ἐξῆν καὶ νομίμως ἄγεσθαι γαμετὴν καὶ γένοιτο παῖδες αὐτῷ πρὸ τῶν

¹ hucusque Tip., unde H. Male legitur apud Tip. 'ἐπὶ ὄρον ἐλευθερωθεῖς'. Vera lectio nunc ex libro ambrosiano restituitur. ² πατρὸνος Cod. ³ Non longe aliter Epa. aucta XXXVIII. 65. 65. ⁴ Cf. Epa. aucta XLVI. 14. ⁵ Ex Syn. (sed usque ad v. 'ἀποτρεφόμενοι') exhibent F. H. Syn. hoc caput tanquam XIII huius tituli laudat; cod. ambrosianus manifeste habet ΛΑ' cum quo congruit Novellarum index, qui Reginae dicitur: cf. Heimbach Anecdota II, 243. ⁶ sed in Cod. καὶ νόθων παίδων καὶ π. Ind. Coisl. et Tip. 'νόθων παίδων'.

⁷ lege δ'. ⁸ Patet igitur luculentissimo ambrosiani codicis testimonio quod fuerit primum huius tituli caput. Longius erravit H. qui de l. 10 Cod^{is} (V, 27) cogitavit.

emptus est; nam est similis is qui eum liberavit ei qui ius patronatus amiserit mercedem accipiendo.

fr. 5. § 22.

Non extante patrono liberisve eius cogitur libertus locuples patrem et matrem patroni inopes alere.

fr. 5. § 26.

Si libertus probatur vim intulisse patrono vel graviter percussisse vel eum in egestate vel in infirmitate dereliquisse, primum in potestatem revertitur pro eo opus factururus; sin autem nec sic admoneatur, venditur et pretium datur patrono.

fr. 6. § 1.

Qui ait posse ostendere servam esse coniugem suam, interea sine praeiudicio filios alere cogitur.

fr. 7.

Vivo liberto, nihil iuris habet patronus vel filius eius in res illius, nisi probet iudici se adeo infirmum pauperemque esse, ut indigeat mensuris alimentis.

fr. 9.

Et illud constituendum cognovimus, ut si un-

quam inter virum et uxorem matrimonium solvi contigerit, qui ex eo matrimonio nati sint filii nullo modo damno adficiantur matrimonii solutione; sed ad parentum hereditatem vocentur ex patris substantia sine ulla controversia se alentes: et si pater causam divortii praeiudicat et mater ad secundas non venerit nuptias, penes matrem alantur, sumptus praebente [scilicet patre]. Nov. 117, 7.

TITULUS I, LIBRI XXXII

N. 12. c. 2.

de iis qui ex naturalibus legitimi fiunt et de concubinis.

Si quis ingenuorum fuerit filiorum pater et, defuncta eius uxore rebus humanis vel legitime divortio facto, habuerit quandam consuetudinem cum alia muliere, quam licuisset ei iure ducere uxorem, natique sint ei filii ante dotalem tabu-

fol. 32^r. προικῶν συμβολαίων εἶγε (μετὰ) ταῦτα ποιήσειεν ἢ καὶ μετὰ ταῦτα, εἰ καὶ μόνοι μένοιεν οἱ τῶν προικῶν παῖδες, δευτέρων ἢ οὐ γενομένων ἢ καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τελευτησάντων, φήθησάν τινες οὐ δύνασθαι τοὺς δευτέρους εἶναι γνησίους, ἐπειδὴ προὔπησαν καὶ ἐκ τῆς προτέρας γαμετῆς ἕτεροι νόμιμοί τε καὶ γνήσιοι παῖδες ὕπερ οὐδεμίαν ὁρθὴν καὶ ἀκόλουθον ἔχει συνέχειαν: —
Nov. XII. c. 4.

Θεσπίζομεν εἰ τις γαμετὴν οὐκ ἔχων γνησίαν πρὸς θεράπαιναν οἰκίαν σχοίη κατὰ τινα βελτίονα γνώμην καὶ δὴ καὶ παιδοποιήσειεν ἐξ αὐτῆς ἐν δουλείᾳ καθεστῶσης· ὕστερον δὲ ἐλευθερίᾳ τιμήσειεν τὴν θεράπαιναν καὶ τὸν γάμον βεβαιώσειεν, ἔπειτα δὲ καὶ γαμικὰ συγγράψαι συμβόλαια καὶ εἰ γένοιτο παῖδες μετὰ ταῦτα ἢ καὶ μὴ γένοιτο, ἵνα τὰ ἐκατέρας ἡμῶν διατάξεως συλλάβωμεν θέματα, ἔστω καὶ ἡ γυνὴ γνησία καὶ οἱ παῖδες ὑπεξούσιοι καὶ γνήσιοι καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονόμοι τῷ γεγεννηκότι· φερὲν δὲ τοὺς πρὸ τῶν προικῶν τεχθέντας, τῶν ὁδῶν δι' ὧν εἰς εὐγένειαν κατὰ τὸ προειρημένον ἀφίκοιντο καὶ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν προικῶν ποιήσεως τὸ γνήσιον αὐτοῖς χαρίζομένων.¹ Nov. XVIII. c. 11.

κ'. Εἰ τις ἀπελευθέρων ἀγαγέσθαι βουληθεῖη καὶ γνησίαν ποιήσασθαι γαμετὴν ὁποιασοῦν ἀξίας ὧν γαμικὰ συνταττέτω συμβόλαια. ταύτην γὰρ μόνον ἀπαιτοῦμεν μετὰ τὴν ἐλευθερίαν τὴν παρατήρησιν. καὶ ἔστωσαν καὶ οἱ προλαβόντες παῖδες καὶ οἱ μετὰ τὰ προικῶν τεχθέντες ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς καὶ γνήσιοί γε μὴν τῷ πρὶ διάδοχοι, τῆς αἰτήσεως τῶν χρυσῶν δακτυλίων καὶ τοῦ δικαίου τῆς παλιγγενεσίας ἀπηλλαγμένοι καὶ οὐδεμίαν παντελῶς ἔχοντες διαφορὰν πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἐν γεγονότων συνοικέσια. ἐλευθερία γὰρ τῆς μρος καὶ πρὸς γε συμβόλαιον γαμικὸν τὴν γονὴν ἐλευθέρων τε καὶ εὐγενῆ καὶ τῷ πρὶ διάδοχον ἀποδείξουσιν. Nov. LXXVIII. c. 3.

fol. 32^v. Καὶ οὕτω τῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἀληθείας ὅλοι γινόμεθα, ὥστε, εἰ τινι καὶ δουλευούσης τῆς γυναικὸς ἐξ αὐτῆς γίνονται παῖδες, βουληθεῖη δὲ ἐκεῖνος ὕστερον τὴν γαμετὴν ἐλευθερῶσαι καὶ προικῶν συντάξαι συμβόλαια, ἅμα τῇ τῶν προικῶν γραφῇ καὶ τοῖς παισὶν ἀρμόσει τό τε τῆς ἐλευθερίας ὁμοῦ καὶ τὸ τῆς γνησιότητος δίκαιον. [οὐκ] ἐπιζητούντων ἡμῶν ἰδιάζουσιν ἐλευθερίαν ἐπὶ τοῖς παισὶ γενέσθαι, ὥστε ἢ καὶ συνέλευθερω-

larum [confectionem], si quas fecit, vel postea, licet soli supersint filii ante dotalia [instrumenta nati], secundis vel non natis vel postquam nati essent, mortuis, existimaverunt quidam non posse secundos esse legitimos, cum antea existerent et ex priore uxore alii legitimi et ingenui filii: id quod nullam rectam ac consequentem habet congruentiam. Nov. 12. c. 4.

Sancimus, si quis uxorem non habens legitimam erga ancillam propriam versetur meliori quadam mente et etiam filios susceperit ex ea in servitute manente; postea vero et libertate honoraverit ancillam et nuptias firmaverit, deinde et tabulas dotales conscripserit, sive nascantur filii postea sive non nascantur, ut exempla quae in utraque nostra constitutione dicta sunt complectamur, sit et mulier legitima (uxor) et filii in potestate et legitimi et ab intestato heredes genitori (de iis loquimur qui ante instrumentum dotale nati sunt), illis viis, per quas ad ingenuitatem secundum id quod dictum est pervenerunt et dotalium tabularum confectione secuta ingenuitatem eis praestantibus. Nov. 18. c. 11.

Si quis libertam ducere voluerit et legitimam 20. facere uxorem, qualiscunque sit dignitatis, nuptialia conficiat instrumenta. hanc enim solam requirimus post manumissionem observantiam. et fiant etiam praecedentes filii et qui post instrumenta dotalia (confecta) nati sunt liberi et ingenui et legitimi patri successores, a petitione aureorum anulorum et iure restitutionis exonerati et nullam omnino habentes differentiam prae ceteris ingenuorum nuptiis. libertas enim matris et insuper nuptiale instrumentum subolem liberam ingenuamque patrique succedentem demonstrabunt. Nov. 78, 3.

Et adeo rerum veritatisque rationem plenam habemus, ut si cui ex muliere in servitute degente filii nascantur, velitque is deinceps mulierem manumittere et dotalia conficere instrumenta, simul atque haec scripta fuerint, et filiis competat libertatis pariter atque ingenuitatis ius. Nec quaerimus, ut specialis manumissio in filiis fiat; ita ut vel simul liberentur cum matre vel post hanc vel antea forte libertatem consequantur, sed statim atque scripta

¹ Ex Syn. paucis mutatis verbis F. H.

θῆναι τῇ μορῇ ἢ καὶ μετὰ ταύτην ἢ καὶ πρὸ αὐτῆς ἴσως τὴν ἐλευθερίαν λαβεῖν, ἀλλὰ τῇ γραφῇ τῶν τοιοῦτων συμβολαίων εὐθὺς αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν χαρίζομεθα.¹

Nov. 78, 4.

Εἰ γὰρ στρατιώτης καταλιπὼν πρεσβεῖον τῶν οἰκείων τινὶ θεραπεύοντων, αὐτῇ τῇ δόσει τοῦ πρεσβεῖον καὶ τὴν ἐλευθερίαν δοῦναι δοκεῖ, πῶς ἂν οὐ πολλῶ μᾶλλον ὁ πηρ εἰ γράψει συμβόλαιον γαμικὸν ἕξει τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἐξ αὐτοῦ δὴ τούτου καὶ μόνου καὶ ἐλευθέρους καὶ γνησίους διαδόχους; οὐ γὰρ ἂν τις αὐτὸν οἰηθείη βουλευθῆναι τὴν μὲν τῶν παίδων μορὰ γνησίαν εἶναι καὶ τηλικούτου αὐτῇ χαρίσασθαι πάρεργον ἡδονῆς, τοὺς ἑαυτοῦ δὲ παῖδας τοὺς ἐκ τῶν αὐτοῦ φύντας σπερμάτων ἔτι καταλιμπάνειν δουλεύοντας: —

e. 4 pr. ib.

N. πθ'.

ΤΙΤΛΟΣ Β', ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΒ'

κ γ'.

π τῶν νόθων καὶ τῶν ἐκ νόθων γνησίων γενομένων.

Κάκεινο μέντοι παρ' ἡμῶν νενομοθέτηται, ἵνα εἰ τις βούλοιο γνησίαν τὴν ἑαυτοῦ καταστήσαι γονὴν, οὐκ εὐποροῖη δὲ γαμετῆς τῆς τῶν τοιοῦτων παίδων μορῆς, ἢ τοὺς μὲν παῖδας ὑπεργαπῶν, τὰ δὲ τῆς γυναικὸς οὐκ ἀναμέρητα πρὸς αὐτὸν εἶη, οὐδὲ ἀξίαν αὐτὴν ἡγοῖτο νομίμου τινὸς ὀνόματος καὶ διὰ τοῦτο, τελευτησάσης τῆς γαμετῆς ἢ γνησιότητος οὐκ ἀξίας περὶ τὸ συνοικεῖν νομιζομένης ἢ καὶ τοῦ πράγματος ὑπὸ τῶν παίδων κακουργουμένου καὶ ἐπίτηδες τῆς γυναικὸς ἀποκρουπτομένης ἢ παρὰ τῶν παίδων ἢ ἄλλως, ἴσως εὐπορίας αὐτῇ συμβάσης τινὸς ἵνα μὴ τῇ γνησιότητι τὴν χρῆσιν ὁ πηρ καὶ ἐπικαρπίαν προτελευτήσης τῆς μορῆς ὡς παρὰ ὑπεξουσίῶν τῶν παίδων ἔχοι: —

Nov. 89. c. 9 pr.

Ἔστω τοίνυν ἄδεια τῷ πατρὶ ἐπὶ τῶν εἰρημένων θεμάτων τὴν μορὰ ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος καταλιμπάνοντι, δέησιν ἐπιδοῦναι τῇ βασιλείᾳ τοῦτο λέγουσαν, ὡς βούλεται τοὺς νόθους αὐτοῦ παῖδας ἀποκαταστήναι τῇ φύσει καὶ τῇ ἀνωθεν εὐγενείᾳ τε καὶ γνησιότητι, ὥστε ὑπεξουσίους αὐτῷ καθιστάναι μηδὲν τῶν νομίμων παίδων διαλλάττοντας καὶ τούτου γινόμενον τὸ ἐντεῦθεν τοὺς παῖδας ἀπολαύειν τῆς τοιαύτης βοηθείας: —

fol. 33r.

Nov. 89. c. 9. § 1.

¹ εὐθὺς ... χαρίζ. om. cod. qui repetit perperam γραφῇ.

sint dotalia instrumenta illis etiam libertatem praestamus. Nov. 78, 4.

Nam si miles legatum relinquens uni ex suis servis ipsa datione legati etiam libertatem dare videtur, quomodo non multo magis pater si scripserit nuptiale instrumentum habebit suos filios ex hoc ipso et solo et liberos et legitimos successores? non enim quis eum crediderit voluisse filiorum quidem matrem legitimam esse et tantum ei concedere premium voluptatis, suos autem filios ex ipsius semine conceptos adhuc relinquere in servitute. ibid.

TITULUS II, LIBRI XXXII

N. 89. c. 3.

de naturalibus [filiis] et de iis qui ex naturalibus legitimi fiunt.

Et illud quidem a nobis est constitutum, ut si quis voluerit legitimam suam reddere subolem, neque habuerit uxorem eiusmodi filiorum matrem; aut, cum ipse filios valde diligit, mulier non sine culpa erga eum versetur neque dignam eam reputet legitima condicione: et ideo mortua muliere aut indigna quae legitima uxor fiat reputata, vel etiam re a filiis dolose gesta et de industria a muliere abscondita aut a filiis aut aliter, forte copia quadam ei obventa, ne iure legitimatorum usum pater et fructum, praemortua matre, tanquam a filiis in potestate habeat. Nov. 89. c. 9.

Sit ergo facultas patri in eiusmodi casibus matrem in priore condicione relinquere, et petitionem ad principem mittere, qua dicat se velle naturales suos filios naturae restituere et antiquae ingenuitati et legitimae condicione, ita ut in potestate eius constituentur, nihil a legitimis filiis differentes. Et hoc facto, ceterum filii eiusmodi fruuntur remedio; uno enim hoc modo omnes istos naturae eventus et inventiones in iis, qui legitimos non habent filios sanabimus ita brevi auxilio tantum impetum corrigentes naturae. Nov. 89. c. 9. § 1.

Εἰ μέντοι γε ὁ μόνων φυσικῶν παίδων πατήρ διὰ τινος τυχερῶς περιστάσεως οὐκ ἰσχύσειε τοῦτο πράξαι, τελευτῶν δὲ ἐπὶ τινος τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων θεμάτων γράψειε διαθήκην βουλόμενος αὐτῷ γνησίους εἶναι τοὺς παῖδας διαδόχους καὶ τούτου δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν δεομένων μέντοι καὶ οὕτω τῶν παίδων μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦτο διδασκόντων καὶ δεικνύοντων τὰς τοῦ πατρὸς διαθήκας καὶ κληρονομούντων κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῦτο δῶρον ἐχέτωσαν πατρὸς τε καὶ βασιλείας, ταῦτόν δὲ ἐστὶν εἰπεῖν φύσεώς τε καὶ νόμου: —

c. 10.

Θεσπίζομεν τῷ παρόντι νόμῳ ὥστε εἰ μὲν τις ἔχοι παῖδας νομίμους μὴ δύνασθαι τοῖς παισὶν ἢ τῇ τούτων μηρί τοῦτο γὰρ κύριον τῆς ἔμπροσθεν ἡγούμεθα διατάξεως ἀλλὰ κἄν εἴ τι πλέον ἐπιχειρήσειε δοῦναι καθ' οἰονδίποτε τρόπον, τοῦτο τῶν παίδων γίνεσθαι τῶν γνησίων· κἄν εἰ παῖδες δὲ οὐκ εἴεν, παλλακῆ δὲ μόνη, ταύτη τὸ ἡμιούγκιον καταλιμπάνεσθαι ἢ δωρεῖσθαι συγχωροῦμεν: —

c. 12. § 2.

Εἰ μέντοι παῖδας οὐκ ἔχοι γνησίους ἢ τινὰ τῶν ἀνόπτων, οἷς ἀνάγκη νόμου καταλιμπάνειν μέρος τῆς οἰκείας περιουσίας προσήκει τοὺς διατιθεμένους ἄδεια ἔστω καὶ εἰς τὰς δώδεκα οὐγκίας γράφειν τοὺς φυσικοὺς παῖδας κληρονόμους καὶ διαιεῖν εἰς αὐτοὺς καθ' ὃν ἂν βούλωνται τρόπον τὰ πράγματα καὶ ἢ κατὰ δωρεὰς ἀπλῶς ἢ προγαμιαίας ἢ κατὰ προίκας ἢ καθ' ἕτερον οἰονδίποτε τρόπον νόμιμον τὰς ἑαυτῶν εἰς ἐκείνους μεταγαγεῖν οὐσίας· οὕτω γὰρ οὐκέτι δεήσονται τινῶν πρὸς ἀσέβειαν ἢ πρὸς ἐπιουρίαν ἐτοιμίῳν, ἀλλ' αὐτόθεν τὴν ἑαυτῶν καθαρώς διαθήσουσι γνώμην: —

c. 12. § 3 ib.

Εἰ δὲ ἔχοιεν τινὰς τῶν ἀνόπτων, τὴν νόμιμον καταλιμπανέτωσαν αὐτοῖς μοῖραν ἣν ὁ νόμος καὶ ἡμεῖς ἐτάξαμεν. τὸ δὲ λοιπὸν ἔπαν εἰς τοὺς φυσικοὺς παῖδας ἄδειαν ἐχέτωσαν παραπέμπειν. καὶ ταῦτα φαρὲν ἐπὶ τῶν ἐγγράφοις ἢ νομίμοις συμβουλήσεσιν ἀποτιθεμένων τὴν ἑαυτῶν γνώμην: —

c. 12. § 3 i. f. ibid.

fol. 33^v.

Εἰ μέντοι τελευτήσῃ τις γνησίας αὐτῷ παντελῶς γονῆς οὐκ ὑπόσεως, παῖδων φαρὲν ἢ ἐγγόνων ἢ τῆς ἐφεξῆς διαδοχῆς οὐδὲ νόμιμον γαμετῆς εἴτα τελευτήσῃ μὴ διαθέμενος τὴν οὐσίαν καὶ ἀφίκοιτο συγγένεια τυχόν ἢ καὶ ἐλευθερωτῆς ἴσως τὴν διακατοχὴν κατασεῖον τε καὶ ἐπανατεινόμενος, ἢ καὶ τὸ ἡμέτερον ταμιεῖον (οὐδὲν γὰρ ἐκείνου τό γε ἐπὶ τούτου φειδόμεθα) εἴη δὲ αὐτῷ κατὰ τὸν οἶκον ἕως περιῆν ἐλευθέρα τε γυνή, ἐν παλλακῆς σχήματι συνοῦσα καὶ παῖδες

Si tamen is qui tantum naturalium liberorum est pater per quosdam fortuitos casus non valeat hoc facere, moriens autem in aliquo antea dictorum casuum scripserit testamentum volens sibi legitimos esse liberos successores et huius rei damus ei facultatem, cum petant ita et liberi post mortem patris idque doceant et ostendant patris testamentum et heredes fiant secundum legem et hoc donum accipiant patris et imperii, hoc est idem ac dicere naturae et iuris.

c. 10.

Iubemus praesenti lege ut si quis habeat liberos legitimos non possit liberis eorumve matri (hoc enim proprium prioris censemus constitutionis) sed et si quid amplius coeperit dare quocumque modo, id liberorum fiat legitimorum: et si liberi non sint, sed sola concubina, huic dimidiam unciam relinquere vel donari concedimus.

c. 12. § 2.

Si vero liberos non habeat legitimos vel ascendentium quendam, quibus iuris necessitate relinquere partem sui patrimonii oportet testatores, licentia esto et ex duodecim unciis scribere naturales liberos heredes et dividere inter eos quolibet modo res vel per simplices donationes vel propter nuptias vel per dotem vel per quamcunque aliam rationem legitimam suas in eos conferre substantias. ita enim non amplius indigebunt quibusdam ad impietatem vel ad periurium paratis, sed sponte suam pure declarabunt voluntatem.

c. 12. § 3.

Quod si quosdam habeant ascendentes, legitimam relinquunt eis portionem, quam ius et nos constituimus; cetera vero quae supersunt naturalibus liberis liceat eis transmittere. et hoc dicimus de iis qui in scriptis et legitimis voluntatibus consignent suam mentem.

Si vero moriatur quis nullam omnino ingenuam prolem habens, filios dicimus vel nepotes vel sequentes successores, neque legitimam uxorem, deinde moriatur nullo de substantia facto testamento et veniant cognati forte vel manumissor bonorum possessionem cupiens et quaerens, vel etiam nostrum fiscum (nihil enim ei in hoc parcimus), cum fuerit apud eum domi quousque vixerit libera mulier concubinae more cohabitans et filii ex ea (de eiusmodi personis enim tantum haec praecipimus, ubi omnino

ἐξ αὐτῆς (τοῖς γὰρ τοιοῦτοις μόνοις ταῦτα νομοθετοῦμεν ἐνθα παντελῶς ἀναμφίσητός ἐστιν ἢ τε τῆς παλλακῆς κατὰ τὸν οἶκον σχέσις, ἢ τε τῶν παιδῶν ἐκεῖσε γονὴ καὶ τροφή) δίδομεν αὐτοῖς καὶ ἀδιαθέτων γονέων τελευτώντων δύο τῆς πατρῴας οὐσίας ἕχεν οὐγκίας ἅμα τῇ μριμεριζομέναις, ὅσοιπερ ἂν εἴεν οἱ παῖδες, ὥστε ἐνὸς παιδὸς ἀναλογίαν καὶ τὴν μρα λαμβάνειν: —

c. 12. § 4 ib.

Καὶ ταῦτά φραμεν, εἰ μιᾷ παλλακῇ συνοικοίη καὶ παῖδας ἐξ ἐκείνης ἔχοι ἢ καὶ προαπελθούσης τῆς παλλακῆς θανάτῳ τυχὸν ἢ χωρισμῶ οἱ παῖδες αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκίαν εἴεν. τότε γὰρ δίδομεν αὐτοῖς τὴν ἐξ ἀδιαθέτου πρὸς τὸ διούγκιον κλησίαν: —

c. 12. § 4.

Εἰ δὲ ἐκκεχυμένα τὰ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῷ γένοιτο καὶ ἄλλαις ἐπ' ἄλλαις ἐπεισαγάγοι τῇ προτέρᾳ πολλὰς παλλακὰς καὶ πλῆθος ἔχοι γυναικῶν πορνεομένων (οὕτω γὰρ εἰπεῖν κάλλιον) καὶ ἐξ αὐτῶν παιδοποιούμενος τελευτήσειεν πολλὰς ὁμοῦ καταλιπὼν παλλακὰς, μισητὸς μὲν ὁ τοιοῦτος, πόρρω δὲ τοῦ νόμου καθάπαξ μετὰ τῶν τοιοῦτων παιδῶν καὶ παλλακῶν ἀπελανεσθῆναι. ὥσπερ εἴ τις νομίμῳ συνοικοίη γυναῖκα, ἄλλαις ἐπεισαγαγεῖν οὐκ ἂν δύναίτο τοῦ συνοικεσίου συνεστῶτος καὶ ἐξ αὐτῶν νομίμως παιδοποιεῖσθαι, οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν γνωριζομένην καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον παλλακὴν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνης παῖδας δάσομεν, εἰ καὶ τι πάρεργον ἡδονῆς ἄλλο ποιῆσαι τὸ καὶ τοῦτο εἰς τὴν διαδοχὴν εἰσάγεσθαι τὴν αὐτοῦ εἴγε τελευτήσειεν ἀδιάθετος: —

c. 5. § 12 ib.

Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο νομοθετήσαιμεν ἀδιάκριτα μὲν ἔσται τὰ τῶν γυναικῶν τίνος μᾶλλον ἢ τίνος ἕλαττον ἐρᾷ ἀδι-

certa est et concubinae in domo condicio et filiorum ibidem natus et educatio), concedimus eis et cum intestati parentes mortui sint duas ex paterna hereditate uncias una cum matre dividendas, quotcunque sint liberi, ut unius filii portionem etiam mater adipiscatur.

c. 12. § 4.

Et haec dicimus, si una cum concubina cohabitaverit filiosque ex ea susceperit: vel si, profecta antea concubina morte forte vel separatione, filii cum eo domi fuerint; tunc enim damus eis ut ab intestato ex duabus vocentur uncias. ibid.

Si vero effusa eius fuerit libido et alteras super alteras induxerit post primam concubinas multas et multitudinem habuerit mulierum fornicantium (ita enim melius est dicere) et cum ex iis filios suscepisset, decesserit, plures eiusmodi concubinas relinquens, odibilis est talis vir et procul omnino a lege cum eiusmodi filiis et concubinis arcendus. Sicut quis cum legitimae cohabitaverit mulieri, alias inducere non posset matrimonio manente et ex iis legitime filios tollere, ita neque post agnitam eo modo quo diximus concubinam et filios ex ea susceptos, concedimus, ut si quid ulterius libidinis addiderit et id in successionem eius inducere, si intestatus moriatur.

Nam si haec non disposuerimus, non posset discerni condicio mulierum, utram magis utram minus amaverit

φερέτωσαν· ταῦτα δὲ φυλαττέτωσαν οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ πρῆς καὶ οἱ ἐκδικοί τῶν πόλεων καὶ πᾶσα ἀρχή. c. 3. C. VIII, 51.

fol. 41^v. [β'.
N. 97^v. Θεσπίζομεν ὅσοι ἐν ἐκκλησίαις ἢ ῥύμαις ἢ ἄλλοις ἀπορριφθέντες δειχθῶσι, τούτους πᾶσι τρόποις ἐλευθέρους εἶναι παρακελευόμεθα, καὶ εἰ ἀκριβῆς τις ἀπόδειξις ὑπάρχοι τῷ ἐνάγοντι εἰς τὸ δεῖξαι τὸ τοιοῦτον πρόσωπον τῇ αὐτοῦ διαφέρειν δεσποτείᾳ· εἰ γὰρ τοῖς ἡμετέροις προστέτακται νόμοις, ὥστε τοὺς νοσοῦντας οἰκείας παρὰ τῶν δεσπότην καταφρονηθέντας καὶ ὡς τῆς αὐτῶν ὑγείας ἀπελπισθείσης ἐκ τῶν κεκτημένων ἐπιμελείας μὴ ἀξιουμένους πάντως εἰς ἐλευθερίαν ἀναρπάξεσθαι, πόσω μᾶλλον τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ζωῆς ἀρχῇ τῇ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καταλειφθέντας εὐσεβείᾳ καὶ παρ' αὐτῶν ἀνατραφέντας ἀνεξόμεθα εἰς ἄδικον δουλείαν καθέλικεσθαι; ἀλλὰ τούτοις τοὺς τε ὀσιωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ ἐπισκόπους καὶ τὰς ὑπ' αὐτοὺς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας βοηθεῖν καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐκδικεῖν θεσπίζομεν, μήτε τὰς ἐκ τῶν ἡμετέρων νόμων τῶν ταῦτα πραττόντων διαφευγόντων ποινὰς, οἷα πάσης [ἀπ]ανθρωπίας καὶ ὀμότητος πεπληρωμένων καὶ τοσοῦτον πάσης μαιφονίας χείρονος ὅσον ταύτην τοῖς ἀθλιωτέροις ἐπάγουσιν. N. 153. c. 1.

BIBLIION ΛΔ', ΤΙΤΛΟC Α'

περὶ ὑποστρεφῆς αἰχμαλώτων.

α'. Ὅπερ ὁ τοῦ αἰχμαλώτου δοῦλος ἐπερωτᾷ ἢ ληγατεύεται αὐτῷ λαμβάνουσι οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ. fr. 1. D. XLIX, 15.

Ἐὰν γυνὴ καταδικασθεῖσα εἰς ἀλικὰς ληφθῆ παρὰ πολεμίῶν καὶ ἐξ αὐτῶν προαθῆ τῇ ἰδίᾳ αἰτία ἐποδίδοται τοῦ δημοσίου δεδωκότος τῷ ἡγορακότῃ τὸ ὑπὲρ αὐτῆς τίμημα: — fr. 6 ib.

Εἰ μὲν ὑποστρέψη ὁ αἰχμάλωτος οὐδέποτε δοκοῦσιν οἱ παῖδες αὐτοῦ ἀντεξούσιοι γενέσθαι· εἰ δὲ παρ' αὐτοῖς ἀποθάνῃ ἀφ' ὧν ἐλήφθη καὶ αὐτοὶ ἔχουσιν ἴδια τὰ ἐν τῷ μέσῳ κτηθέντα. κληρονομίαν δὲ κτᾶσθαι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ πατρὸς αἰχμαλωσίας οὐ δύνανται· οἱ δὲ δοῦλοι τῇ κληρονομίᾳ προσπορίζουσιν: — fr. 12. § 1 ib.

fol. 28^r. Ὁ τοῦ αἰχμαλώτου παῖς καλῶς γαμεῖ· καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ τικτόμενος ὑποστρέφοντι τῷ πάππῳ γίνεται ὑπεξούσιος· τοῦτο δὲ διὰ τὸ δημοσίον χρήσιμον τῶν γάμων. fr. 12. § 3. D. 49, 15.

vent magistratus et episcopi et patres et defensores civitatum et omnis potestas. c. 3.

Sancimus quicumque in ecclesiis vel vicis vel 2.] *Nov.*
aliis eiceti probentur [locis], hos omnibus modis 153.
liberos esse [et] mandamus, quamvis exacta probatio adsit actori ad demonstrandum eiusmodi personam ad suum dominium spectare. Nam si nostris praeceptum est legibus, ut infirmi servi a dominis contempti et tanquam eorum valetudine desperata a possessoribus nulla cura adfecti omnino ad libertatem ferantur; quanto magis eos, qui in ipsis vitae incunabulis aliorum hominum relictis sunt pietati et ab iis nutriti sunt, [non] feremus in iniustam trahi servitutem? Sed his sanctissimos archiepiscopos et episcopos et quae sub eos sunt sacras ecclesias et illustrissimos magistratus auxilium ferre libertatemque iis vindicare sancimus neque hi qui talia fecerint ex nostris legibus poenas fugient, utpote qui omni inhumanitate et crudelitate repleti sint et eo peiore saevitia, quo ea miserrimos prosequuntur. N. 153, 1.

LIBER XXXIV, TITULUS I

de reditu captivorum.

Quod captivi servus stipulatur eive legatum est 1.
adquirunt heredes eius. fr. 1. D. 49, 15.

Si mulier ad salinas damnata ab hostibus sit capta et ab iis vendita sit, suae condicioni restituitur, fisco solvente emptori pretium eius. fr. 6.

Si redeat captivus, nequaquam videntur liberi eius sui iuris fuisse; si vero apud eos moriatur, a quibus captus est, et ipsi [liberi] ut sua retinent quae medio tempore quaesierunt. hereditatem vero acquirere tempore patris captivitatis non possunt; servi autem hereditati acquirunt. fr. 12. § 1.

Et captivi filius recte uxorem ducit; et qui ab eo nascitur redeuntis avi in potestate est; hoc autem propter publicam nuptiarum utilitatem.

fr. 12. § 3. D. 49, 15.